



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CLXIII. Romana fideicommissi seu salviana de Pacificis. De valida vel invalida alienatione bonorum fideicommissi pro expensis litium, ac aliis pro servitio ejusdem fideicommissi, Et quid pro ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

betur etiam actum *hoc tit. vel in altero de dote*: Unde propterea dicebam, quod aut recuperatio sequuta erat primo modo aut secundo. Si secundo rei conventi erant in tuto. Et si primo licet non potuissent se tueri jure domini, bene tamen jure crediti, ac retentionis pro pecunia in dictam redemptionem erogata, quatenus tamen non provenisset ex aliis effectibus eiusdem hereditatis, sed fuisset propria heredis eorum auctoris. Nil obstanti quod idem haeres plures fructus ex bonis fideicommissariis percepisset, dictam pecuniam solutam absorbentes ac superantes, quoniam licet plurium opinio fuerit huiusmodi fructus impucandos esse, nihilominus, cessante expresso & claro praecepto testatoris de extinguendis debitis hereditariis cum fructibus, vel de illis investiendis ad commodum fideicommissi, talis opinio esset magis communiter reiecta, ut apud Peregr. art. 35. num. 10. Fusar. quest. 665 plenè Rota apud Buratt. dec. 509. decis. 85. numer. 10. cum sequen. post Merlin. de pignor. & bene dec. 130. numer. 10. post controversias Contru. ubi ampliat etiam si testator dixisset debita solvi debere cum fructibus, quia id intelligitur per modum consilii ad commodum & favorem heredis, nisi 6 expresse constaret id ordinatum esse per viam praecepti ad commodum potius hereditatis & fideicommissi.

Dicebam quoque, reos conventos, quatenus recuperatio facta esset primo modo, ac de pecunia hereditaria, ita ut praemissa cessaret, quod adhuc jure domini possent se tueri adversus actores tanquam in bonis legitime distractis in causam legitimam, quae alienantibus ex persona eorum auctoris competebat, nisi per actores probaretur de praecedenti consumptione ad communiter notata in l. Marcellus ff. ad Trebell. plenè adden. ad Gregor. dec. 580. & habetur saepius in sua materia sub tit. de detract. ac etiam hoc tit. Nil obstante, quod testatoris prohibitio expressae percuteret etiam causam legitimam, quoniam excepto casu, in quo adhibita esset cautela, quae vulgo dicitur *Soceni*, de qua plenè apud Oribob. decis. 100. & frequenter dicto tit. de detract. huiusmodi praecepta, & prohibitiones parvipendenda veniunt.

Sola tamen difficultas cadere poterat in eo, quod super istis bonis particulariter prohibitis, ut potè particulari fideicommissi subiectis, ut ex parte actorum pretendebatur, fieri non potuerit dicta detractio legitimam, minusque alienatio ex causa aris alieni, praesertim chirographarii, quale istud supponebatur nisi in subsidium, & quatenus alia bona hereditaria non suppetent ex deductis per Nat. conf. 199. numer. 8. & Surd. decis. 316. numer. 12. & 14. qui per scribentes pro actoribus allegabantur, quibus addi poterant ceteri collecti per Fusar. quest. 692. Merlin de legitima lib. 2. tit. 1. quest. 0. Rota apud Buratt. decis. 793 ubi Adden. & in aliis frequenter.

Ex pluribus tamen objectu solvi videbatur. Primò ex cessante praesupposito fideicommissi particularis, quod habens speciem legati perneceffe exigit diversitatem personatum, qua cessante, ex sola speciali prohibitione alienationis aliquorum bonorum inducitur quaedam major affectio ergo illa, non autem fideicommissum particulare, juxta ea, quae in proposito habentur firmata praesertim in Reatina fideicommissi de Clavellonibus disc. 129.

Secundò, quod cū non agatur de ipso haerede gravato eiusque successore universali volente impedire fideicommissario immisionem ex causa detractiois seu aris alieni soluti, sed de fideicommissario agente contra tertium possessorem titulo singulari translativo domini cum formali imputatione actus tanquam

invalidi, Tunc ob praesumptionem pro actoribus si validitate militarem, omnis est actoris proventus bonorum existentiam, ex quibus in comotore sequi potuisset, non infringendo particularis testatoris iudicium, juxta communem ac receptam distinctionem, quam inter actorem & reum, in successorem universalem heredis gravati, ac tertium jure satis frequens habetur sub tit. de detract. ac etiam illo de dote ad materiam auct. res qua super portione subsidii, & infra in materia legitimi contractoris.

Et tertio clarius, dum non agebatur de alienatione voluntaria facta per ipsum gravatum, sed per iudicem, pro cuius gestis in dubio nullitas praesumptio, quod scilicet rite & rectè processum per allegantem nullitatem vel injuriam in non praesumendam probetur iuxta vulgatum axiomam quotidianam, & potissimè si sub iudicio in facto supponebatur, adesse scilicet talia bonorum hereditaria specialiter non prohibita, ex quibus sensum actorum dictum ex alienum solvi debent illaque possessa per eosdem actores, quoniam stabat clara exceptio doli seu inanis circumstantiam text. in l. vendicantem ff. de crisi & cap. cit. de reg. jur. in 6.

Pratendebatur per actores, quod cum actoribus injunxisset haeredi instituto, ut solvere deberet, ita id faciendum esset de proprio, non autem de bonis hereditariis, allegando in id theoriam in l. pradia Cod. de fideicommissis ac deducta per 10. materiam text. in l. si res obligata ff. de leg. 1. primò de portione rata q. 72. Rota dec. 123. par. 6. cum per Cens. de cens. q. 79. Verum istud videbatur omnino improbabile fundamentum praemissae liquidationis ritates omnino extraneae videbantur à caligante, cutiant controversiam inter haeredem ac legatum rei particularis super oneribus, quibus ipsa res legata affecta esset; De reliquo autem, licet testator concedatur disponere de bonis heredis, cumque pro in bonis propriis saltem ad limites emolumentum eius, in quo honoratur ex deductis per Duran. de 119. & pluries habetur supra in praecedentibus.

Attamen ista voluntas debet esse expressa, in dubio non praesumitur Duran. ubi supra de cens. Quod aded verum, ut etiam si testator dicitur debita solvi debere ex fructibus, expressè constituitur debet id fuisse per viam praecepti ad commodum fideicommissi, nam alias praesumitur consilium praesertim.

ROMANA
FIDEICOMMISSIS
SEV
SALVIANI DE PACIFICIS
PRO
PACIFICIS
CVM
CREDITORIBUS PETRUCCI
Causa decisus per Rotam pro Pacificis.
De valida vel invalida alienatione

norum fideicommissi, pro expensis litium, ac aliis pro servitio eiusdem fideicommissi, Et quid pro alimentis hæredis gravati; Et quæ expensæ per fideicommissi successorem refici debeant, Et an in eas teneatur gravatus imputare fructus.

SUMMARIUM.

- 1 *Alii series.*
- 2 *Dispositio auth. res quæ locum habet pro alimentis masculinum descendendum non verò transversalium.*
- 3 *Declaratur ut dicta alimenta præstanda sint de fructibus non de fundo, nisi in subsidium.*
- 4 *De expensis quæ reficiendæ sint gravato.*

DISC. CLXIII.

Tiburtius Pacificus scriptis hæredibus, Alexandro Pacifico, & Statilio filiis cum reciproca inter eos eorumque descendentes masculos foeminas exclusis, in omnium defectum vocavit Agabito ex fratre nepotem, eiusque lineam masculinam, qua defecta dixit, quod foemina ex ista existentes non præferantur foeminis ipsius testatoris; Defunctis autem Alexandro & Pacifico sine filiis, ac etiam Agabito cum Dominico filio naturali legitimo, superflite Statilio auctore tractatus de Salviano, qui ut dicunt antiqui Curiales, qui eum agnovissent, potius mortuus quam vivens meruit Curia existimationem, iste putans ob prædictorum prædecessorum fideicommissum expirasse, hæredem scripsit Cappellam à se erectam in Ecclesia S. Eustachii, cuius cappellanus hæreditatem administrare deberet; Cumque sequuta eius morte, dictus Dominicus legitimus simulando testamenti ignorantiam, tanquam assertus proximior ab intestato in possessione hæreditatis se intrusisset; Hinc orta litè inter ipsum & Cappellanium, eaque introducta in Rota coram Buratto pro Cappellano in possessorio responsum fuit, ut constat ex decisione eiusdem Buratti 730. Undè propterea Dominicus mutato titulo prætereundè cepit successorem iure fideicommissi, pro qua excludenda Cappellanus plures deducebat exceptiones, ut liquet ex decisione Buratti 899. qua litè pendente, idem Dominicus tanquam fideicommissarius in alium Cappellanium nominavit Lucillum Petruccium, inter quem ac priorem Cappellanium acerrima litè agitata fuit super hæreditatis prædictæ administratione, qua pendente, sequuta fuit mors Dominici superstitibus Catharina & Fulvia filiabus legitimis, & naturalibus Agabiti, quæ obtinuerunt declarati fideicommissum prædictum ad earum favorem apertum esse, ut constat ex decis. 152. par. 6. recen. qua edita, idem Petruccius induxit Fulviam, ac tutorem Angelæ infantis filie Catharinæ interim defunctæ ad sibi dandum in solutura duas domos hæreditarias pro scut. 5. m. in quibus ipsa supposuit se esse dictæ fideicommissaria hæreditatis reditricem pro expensis pro dictis litibus sustinendis, nec non pro dicti Dominici prædecessoris fideicommissarii alimentis, Denique unam ex dictis domibus in Agone stram vendidit Joanni Baptiste Honorato, tunc in Curia Advocato postmodum V. Signaturæ Prælato pro scut. 5. m. Quia verò Petruccius

cuius obiit gravi æris alieni mole pressus, arque creditores hypothecarii dictum Honoratum molestant. Hinc proinde idem Honoratus ad huiusmodi molestias evitandas, arque creditores venditoris excludendos se transigere curavit cum prædictarum mulierum filiis, ad effectum, ut jam ceptam litem prosequentes invalida declararetur prædicta in solutum datio, proindeque domus tanquam fideicommissaria remaneret exempta à prædicti Lucilli hypothecis, sustinendo ipse rãm in cura, quam in sumptu nomine dictorum fideicommissariorum eam litem, quæ causa fuit eius mali, de quo habetur in Romana transactionis pro eisdem Honoratis sub tit. de emptione & venditione.

Introducitur igitur causa in Rota coram Albergato, & assumpta disputatione super immisione fideicommissarii danda ad istam domum; Cum punctus penderet à validitate vel invaliditate dictæ dationis in solutum; Hinc proinde ceteri pro actoribus scribentes, principaliter insistebant super nullitate resultantæ, vel de iure, vel ex Statuto ob non servatas solemnitates in bonis pupillorum vel minorum adhibendas; Verum quamvis hoc esset legale motivum ad effectum tollendi de medio dictum contractum, ita ut rerum dominium in Petruccium translaturum non esset, Attamen modicus exindè resultabat effectus, quoniam cum pretium pro majori parte remaneret ab emptore solvendum hinc sequebatur quod quatenus credita pro quibus datio in solutum facta erat, essent legitima, ita ut fideicommissaria hæreditas eis obnoxia esset, non resultasset desideratum intentum excludendi creditores, dum isti tanquam procuratores sui debitoris dicti crediti recuperationem prosequi poterant; Ideoque mea sententia fuit ut principaliter insistetur super dicti crediti insubsistentia, ex qua de consequenti resultabat nullitas contractus ex defectu causæ, quæ potentior quàm altera ex defectu solemnitatum semper reputatur.

Examinando igitur duplicem præsentis crediti causam, neutram dicebam fideicommissi eiusque bonorum obligatoriam; Quatenus enim pertinet ad illam alimentorum, quæ Dominico ad fideicommissum vocato præstita dicebantur, admissa etiam ex abundantia eius vocatione, non per hoc tamen resultabat quod bona fideicommissi distrahi poterint vel affecta remanerent, quia licet ex rationis identitate ac forte majoritate dispositio Auth. res quæ C. commun. de legat. locum habeat etiam in masculinorum alimentis, quæ non minus favorabilia & privilegiata esse debent quàm foeminarum dotes, ut advertitur ad materiam Bullæ Baronum sub tit. de feud. Et Ego pluries practicavi in Congregatione Baronum.

Attamen sicuti d. Auth. dispositio non procedit nisi favore descendendum, ita à pari proindeque cum Dominicus esset testatoris transversalis, non poterant pro eius alimentis bona fideicommissaria distrahi vel affecta remanere, ut punctualiter Seraph. dec. 825. n. 1. & 2. Fusar. q. 5. 36. nu. 8. & in huius causæ decisione de qua intra.

Ultra quod ex abundantia subijungebam, quod ubi etiam de descendente ageretur, adhuc tamen ex quadam non scripta æquitate in foro magis recepta, dispositio d. Auth. res quæ procedit respectu fortis principalis, ut pro ea bona in sorte distrahi possint, seu affecta sint, non autem pro fructibus satisfaciendis ex ipsorum bonorum fructibus, ut ex professo actum habetur sub d. tit. de feud. disc. 79. ac etiam habetur in Rom. fructuum dotis de Magdalenis sub tit. de dote disc. 51. in quibus ista conclusio declaratur; Sic igitur à pari cum quotidiana alimenta sint loco fructuum dot. li-

um.

um, vel econtrà, debuerunt illa suppeditari ex fructibus, non autem pro eis distrahi fors nisi in totale subsidium, ac ubi alias consuli non potest; Et generaliter quod legatum, seu debitum alimentorum præstandum sit ex fructibus, non autem ex sorte principali *Buratt. dec. 73* ubi concordantes.

Quoverò ad aliam debiti causam pro litium expensis, Quamvis more Advocati deducere *Molina* aliorumque plurium opinionem, de qua *Giurb. dec. 108. & Salgad. in labynt. dar. 3. cap. 9. num. 19* ut gravato jus non competat detrahendi has impensas, vel alius meliorationes, cum fructibus compensandas; Rectè tamen sciens contrariam opinionem esse probabiliorem, atque in Curia præsertim receptam, ut expensæ, quoties habita proportione patrimonii & reddituum, dici non possunt modicæ sed notabiles, gravato sint reficiendæ ex deductis per *Peregr. art. 35. n. 10. Fus. qu. 665. latè Rot. apud Buratt. dec. 509. ubi add. & frequenter, cum sit principium receptum.*

Dicebam tamen quæstionem cessare ex facto, cum id rectè procedat in litibus concernentibus ipsius fideicommissi perpetuam utilitatem, quia nempe tractetur de recuperandis bonis à gravato distractis, seu alias per tertios occupatis; Vel quia esset lis super substantia seu existentia fideicommissi, cuius expirationem gravatus prætenderet, itaut intrarent termini de in rem verso, seu negotiorum gestorum &c. cum similibus.

Id autem in præfenti dici non poterat, quoniam lis fuerat inter duos cappellanos contendentes de administratione hæreditatis Starili favore cappellæ disponentis, cum præsupposito expirationis fideicommissi, cuius proinde destructionem potius quam conservationem dicta lis præsupponebat. Et nihilominus etiam si præsupposita fideicommissi existentia lis fuisset inter in simul contendentes de pertinentia, non per hoc tamen expensarum refectio intrat, quia non fideicommissi sed proprium negotium gessisse dicuntur *Greg. & Adden. dec. 263. Duran. dec. 27. in fine, & est distinctio per omnes recepta; Et juxta præmissa cum iustitiæ fundamento resolutum fuit sub die 28 Junii 1653 coram Albergato, ut liquet ex decisione quæ per Honoratum eius diligentia & sumptu obtenta per dictam mulierum descendentes contrà eundem obtinentem retorta. causavit dictam aliam litem, qua etiam sopita, reassumpta fuit coram eodem Albergato per dictos fideicommissarios huius causæ prosecutio pro immiissione ad dictam domum obtinenda, sed quia ego ad Honorati instantiam scripseram, ideòque contrà eum patrocinium prosequi non poteram, neque congruum erat pro eadem seu eius successoribus scribere contrà resolutionem me scribente obtentam, Hinc proinde abstinui à scribendo amplius in causa, emanarunt tamen decisiones fideicommissariis favorabiles sub diebus 25 Junii 1663. & 11. Januarii & 2. Martii 1664. coram eodem Albergato, in quibus tamen de his punctis non disputatur, sed solum de illo competentia vel incompetentia immiissionis sed possessorii adipiscendæ nõ competentis ei, qui semel possedit, Et causâ adhuc pendet, me tamen non bene conscio eius status ex dicta ratione.*

De L
ne
testam
et ca
9

FIRMANA
FIDEICOMMISSARI
DE NATINGUERRIS

PRO
ALEXANDRO & aliis DE CICOLINOS
CVM
STEPHANO ET ALIIS DE NATINGUERRIS.

Discursus pro veritate.

De alienatione bonorum fideicommissi pro dissolvendo ære alieno testatoris, quando dicatur bonum malè facta.

SVMMARIUM.

- 1 Casus controversa, & de immiissione rei fideicommissariae marjeris, yndem p... ri debito.
- 2 Declaratur.
- 3 Altera declaratio.
- 4 Quando pro modico creditores majoris valent... ri possit.
- 5 Quando etiam prædia rustica dicantur habit... possunt ad novennium.

DISC. CLXIV.

Super puncto principali litium fideicommissarium in Rota disputati, pro nequa scribebam; Quia verò eo canonico legumguerris actores & fideicommissarii immiissiones decerni obtinuerant præsertim ad quoddam partem possessum per Cicolinos, non obstante quodammodo dissolvendo ære alieno testatoris alienatio facta set sub eo prætextu quod pro exiguo debito ære alieno gni valoris alienari non poterat absque immiissione collusionis suspicione, dum ex alienatione bonorum minoris valoris consuli poterat, sive aliis bonis scientibus vendi poterat eiusdem prædii partem proportionata, cum tanta sit utilitas partem unam partem ac totius quoad totum ex deductis per *9. 541. num. 13. & alios, de quibus in luptis. Cuius decisionibus 15. Martii 1660. & 7. Februarii 1661.* In hoc statu per Cicolinos consultus de prædictarum decisionum subsistentia ad effectum executionis randi an expediret causam prosequi, Reipublice dubitare de resolutionibus, non ex considerationibus juris. sed ex defectu earum applicationum factum cuius circumstantiæ erant diversæ ab earum decisionibus præsupponunt; Facti enim testes quod instante creditore hæreditario iudiciali per ritate subhastatum fuerat prædium controversarum perfecta que jam deliberatione ultimo hæreditario hic ut rem gratam faceret hæredi gravato, qui